

1v INCIPIT PRAEFATIO SANCTI ISIDORI EPISCOPI LIBRI HUIUS.

- 1 ISIDORUS *Mercator servus Christi lectori conservo suo et parenti in domino fidei salutem.*
- 2 Compellor a multis tam episcopis quam reliquis servis dei canonum sententias colligere et in uno volumine redigere et de multis unum facere. Sed hoc oppido conturbat, quod diversae interpretationes varias sententias faciant, et licet unus sit sensus, diversae tamen sunt sententiae, et aliae longiores, aliae breviores. Ea vero concilia, quae Greco sunt edita stilo, amplius quam tripliciter aut quadrupliciter interpretata atque conscripta repperimus. Quod si veritas est querenda e pluribus, Grecorum sequamur stilum eorumque imitemur dictiones atque exemplaria; sin minus, ipsi dicant atque exponant, quibus tot sunt exemplaria quot codices. Nobis tamen videtur, cum in nostro discrepauerint sermone, ut unitas et veritas ab ipsis quaerenda sit, quorum lingua edita esse noscuntur. Quod et nos fecimus, et sicut a veris eorum repperimus magistris, in volumine, cui haec praeponitur praefaciuncula, inserere curavimus.
- 3 *Canon autem grece, latine regula nuncupatur. Regula autem dicta, quod recto tramite ducit, nec aliquando aliorum trahit. Alii dixerunt regulam dictam, vel quod regat, vel quod normam recte vivendi prebeat, sive quod distortum pravumque quid corrigat. Synodum autem ex greco interpretari comitatum vel coetum. Concilium vero nomen tractum ex communi intentione eo, quod in unum redigat omnem mentis obtutum. Cilia enim oculorum sunt. Unde et, qui sibimet dissentiant, non agunt concilium, quia non sentiunt unum. Coetus vero conventus est vel congregatio a coeundo, id est, conveniendo in unum, unde et conventus est nuncupatus, quod ibi omnes conveniunt, sicut conventus, coetus vel concilium a societate multorum in unum.*
- 4 *In principio vero voluminis huius, qualiter concilium apud nos celebratur, posuimus, ut, qui nostrum ordinem sequi voluerint, sciant, qualiter hoc agere debeant. Qui autem hoc agere melius elegerint, faciant, quod iusto canonicoque atque sapientissimo consilio iudicaverint. Denique propter eorum auctoritatem ceteris conciliis preposuimus canones, qui dicuntur apostolorum, licet a quibusdam apocryphi dicantur, quoniam plures eos recipiunt et sancti patres eorum sententias synodali auctoritate roboraverunt et inter canonicas posuerunt constitutiones. Deinde quarundam epistolarum decreta apostolicorum intersedavimus, id est Clementis, Anacleti, Evaristi et ceterorum apostolicorum, quas hactenus repperire potuimus, epistolas usque ad Silvestrum papam. Postmodum vero Nichenam synodum constituimus propter auctoritatem eiusdem*

1 LIBRI HUIUS] cancelled V. 5 et¹ ... redigere] added in margin V. 11 dicant ... exponant] corr. from dicat atque exponat V. 16–17 recto tramite] corr. from recte V. 21 redigat] above the line: vel dirigat V. redigat ... mentis] corr. from redigant (?) omnes mentes V. 29 consilio] corr. from concilio V. 31 eos] corr. from eorum V.

2–3 Mercator ... salutem: Marius Mercator, Nr. 19 (SCHWARTZ, ACO I, 5, 1 p. 28 l. 40–41). 16–25 Canon ... unum: Hispana, Praef. (DÍEZ/RODRÍGUEZ, Monumenta Hispaniae Sacra, Ser. can. 3 p. 46 l. 58–69; Vat. lat. 1341, fol. 5rb). 17–18 vel quod is a variant of the Pseudo-Isidorian Hispana. 26–44 In ... exemplis: Hispana, Praef. (DÍEZ/RODRÍGUEZ, Monumenta Hispaniae Sacra, Ser. can. 3 p. 45–46 l. 41–57; Vat. lat. 1341, fol. 5ra–5rb). 29–33 Denique propter ... constitutiones: Cfr the authentic preface: Canones autem, qui dicuntur apostolorum, seu quia eosdem nec sedes apostolica recipit nec sancti patres illis consensum prebuerunt, pro eo, quod ab hereticis sub nomine apostolorum composita dinoscuntur, quamvis in eis quaedam inveniuntur utilia, auctoritate tamen canonica atque apostolica eorum gesta constat esse remota et inter apocrypha deputata.

40 *magni concilii. Deinceps diversorum conciliorum Grecorum ac Latinorum, sive* 2r
quae antea, seu quae postmodum facta sunt, sub ordine numerorum ac temporum
capitulis suis distincte sub huius voluminis aspectu locavimus, subicientes etiam
 45 *reliqua decreta presulum Romanorum usque ad sanctum Gregorium et quasdam*
epistolas ipsius, in quibus pro culmine sedis apostolicae non impar conciliorum
extat auctoritas, quatenus ecclesiastici ordinis disciplina in unum a nobis coacta
atque digesta et sancti presules paternis instituantur regulis, et oboedientes
 45 *ecclesiae ministri vel populi spiritalibus imbuantur exemplis et non malorum*
hominum pravitatibus decipiantur.

Multi enim pravitate et cupiditate depressi accusantes sacerdotes oppresserunt. 5
 Ideo sancti patres *leges composuerunt, quas sanctos canones appellaverunt. Multi*
 ergo idcirco *alios accusant, ut se per illos excusent aut eorum bonis ditentur.*
Plerique vero boni christiani propterea tacent et portant aliorum peccata, quae
 50 *noverunt, quia documentis saepe deseruntur, quibus ea, quae ipsi sciunt,*
iudicibus ecclesiasticis probare possint, quoniam licet VERA SINT quaedam, NON
TAMEN iudicibus CREDENDA SUNT, NISI QUAE CERTIS INDICIIS demonstrantur, NISI
QUAE MANIFESTO IUDICIO CONVINCUNTUR, NISI QUAE IUDICIARIO ORDINE
 55 *PUBLICANTUR.*

Nullus enim, QUI SUIS est REBUS EXPOLIATUS AUT A SEDE PROPRIA vi aut terrore 6
 pulsus, ANTEQUAM OMNIA sibi ablata ei legibus RESTITUANTUR, et ipse pacifice DIU
 suis fruatur honoribus, sedique propriae regulariter restitutus eius multo tempore
 libere potiatur HONORE, iuxta canonicam ACCUSARI, vocari, IUDICARI aut damnari
 institutionem potest.

60 Unde et historia aecclesiastica, ab Eusebio Cesariensi episcopo confecta, de 7
muliere quadam, quae pro castitate a marito accusabatur, ait: Preceptum vel
indictum est ab imperatore lege lata, ut primo permetteretur ei rem familiarem
libere diutius ordinare, tum deinde responderet obiectis. Haec omnes leges tam
 ecclesiasticae quam et vulgares publicaeque praecipunt. Horum vero
 65 concinnantia, si omnia ponerentur, ante deficeret dies quam horum similia et
 nimis prolixa fieret epistola. Ex pluribus tamen aliqua hic ad provocationem
 aliorum inserere iudicavimus.

Ait namque sanctus Leo Romanae ecclesiae antistes in epistola Calcidonensi 8
 concilio missa, cuius initium est: *Leo episcopus synodo Calcidonensi. Optaveram*
 70 *quidem, dilectissimi, et reliqua, in qua inter cetera sic testatur dicens: Quia vero*
non ignoramus per pravas aemulationes multarum ecclesiarum statum fuisse
turbatum plurimosque fratres iniuste sedibus suis pulsos et in exilia deportatos
atque in locum superstitem alios substitutos. His primitus vulneribus adhibeatur

46 accusantes] accu*santes V. 51 possint] non possunt V. 52 indicis] iudiciis V. 57 propriae] propria V. 59 potest] non potest V. 60 Cesariensi] corr. from cesariensis V.

47 leges ... appellaverunt: cfr Cass., *Hist. trip. II, 14, 1* (JACOB/HANSLIK, CSEL 71 p. 107); no notae visibile in the source codex, *St. Petersburg F. v. I. II fol. 43^{ra} l. 4–5*. 47–54 Multi ... publicantur: A mix of Isidore's *Synonyma* and Isidore's source, *Augustine*. Cfr auch *Form. Ps.* Incerta non debemus. 47–52 Multi ... demonstrantur: *Aug. Serm. 351, IV, 10* (MIGNE PL 39 col. 1546) with small differences; at 51 possint: a preceding non has been omitted. 51–54 quoniam licet ... publicantur: Cfr *Isid., Syn. II, 86* (ELFASSI, CC 111B p. 134 l. 950–955). Here and elsewhere Pseudo-Isidore has manipulated this passage at 53 iudicio. 55–59 Nullus ... potest: cfr *Form. Ps.* Episcopus expoliatus. 61–64 muliere ... praecipunt: cfr *Euseb., Hist. eccl. IV, 17, 6–7* (MOMMSEN, GCS 9, 1 p. 361 l. 15–18). 69–76 Leo ... reformetur: *Leo I, J³ 1000* (SCHWARTZ, ACO II, 4 Nr. 52 p. 51 l. 31, p. 52 l. 19–25; *Vat. lat. 1341, fol. 148ra*). 72 fratres is a variant of the Pseudo-Isidorian *Hispana*. A nearly identical excerpt occurs at *Ben. Lev. II, 337*.

medicina iustitiae. Nec quisquam ita careat propriis, ut alter utatur alienis. Quem ita errorem omnes relinquunt, ut nemini quidem perire honor debeat, sed prioribus episcopis cum omni privilegio suo ius proprium reformetur. 75

- 9 Eadem et antiqui apostolici, qui fuerunt ante synodum Nicenam sanciverunt. Eadem synodus, quae habita est in Lamsa sub Valentiniano loquitur. Eadem plurimae Romanae synodi testantur, eadem papa Symmachus et ceteri sancti patres sancxerunt, quorum statuta prolixitatem vitantes hic inserere distulimus. Si quis autem haec plenius scire et legere voluerit, suis in auctoribus invenire et legere pleniter poterit. Nobis vero haec in prefatiuncula ista sufficiant. Et sicut militi ex multis armis illa sufficiunt, quae ferre congruenter super se poterit, sic nobis de multis sententiis una aut duae, vel quantum tunc temporis necesse fuerit, sufficiunt, quoniam, sicut cum uno telo aut duobus inimicum vincimus, sic cum una aut duabus sententiis auctoritate plenis aemulum superamus. Si enim de mulieribus et saecularibus hominibus haec constituta sunt, multo magis ecclesiasticis viris et sacerdotibus sunt concessa. Haec eadem vero et ecclesiastica iura iubent et saeculi leges praecipunt. 80 85
- 10 Similiter ACCUSATORES ET ACCUSATIONES, QUAS SAECULI LEGES prohibent, CANONICA FUNDITUS REPELLIT AUCTORITAS. SynodorUM vero CONGREGANDARUM AUCTORITAS apostolicae sedi privata commissa EST POTESTate, nec ullam synodum ratam esse legimus, quae eius non fuerit auctoritate congregata vel fulta. Haec canonica testatur auctoritas, haec historia ecclesiastica roborat, haec sancti patres confirmant. 90 95
- 11 Scire autem vos LXXX episcopos, qui hoc opus me incipere et perficere coegistis et cunctos reliquos domini sacerdotes oportet, quod plura quam illa XX capitula, quae apud nos habentur, Niceni synodi repperimus, et in decretis Iulii papae LXX capitula eiusdem synodi esse debere legimus. Quam epistolam in suo ordine inter cetera decreta apostolicorum posuimus, haec scrutantibus et cunctis nosse volentibus rimandam. Nam quod plura quam XX capitula sint Niceni concilii, in multis invenitur locis. Legitur enim in Constantinopolitano concilio ita: *Manifestum est, quod illa, quae sunt per unamquamque provinciam, ipsius provinciae synodus dispenset, sicut Niceno constat decretum esse concilio.* 100 2v Legitur et epistola Innocentii papae Victricio Rotomagensi episcopo directa ita: *Si quae causae vel contentiones inter clericos et laicos vel inter clericos tam maioris ordinis quam etiam inferioris fuerint exortae, placuit, ut secundum synodum Nicenam congregatis omnibus eiusdem provinciae episcopis iudicium terminetur, et reliqua. Sancte etiam memorie Theophilus Alexandrinus episcopus suis in epistolis meminit in concilio Niceno statutum esse, ut ab VIII Idus Martii usque in diem Nonas Aprilis, diebus scilicet XXVIII, qualiscumque luna nata fuerit in* 105 110

78 Lamsa] Laisa V. 105 Rotomagensi] *corr. from rotomagensis V.* 109 Sancte ... memorie] *corr. from sancta etiam memoria V.*

90–91 Similiter ... auctoritas: *cfr Form. Ps. Accusationes quae.* 91–94 Synodorum ... fulta: *cfr Form. Ps. Legitima synodo.* 103–104 Manifestum ... concilio: *Ben. Lev. II, 381u; III, 82 ; Cap. Angilr., c. 8a (SCHON, MGH Studien u. Texte 39 p. 113) or the material source: Constantinople I, c. 2 (Dion. II) (TURNER, Monumenta iuris II, 3 p. 417^b l. 22–27).* 105–108 Si ... terminetur *Innoc. I, J³ 665, c. 5 (MIGNE PL 20 col. 472A–B; Vat. lat. 1341, fol. 127va), with a Pseudo-Isidorian interpolatoin at 106 et laicos vel inter clericos (the slightly different falsified text of Pseudo-Isidore's Hispana reads vel inter laicos et clericos). See MAASSEN, Sitzungsberichte Wien 108 (1884) p. 1084–1086.* 109–117 Theophilus ... conscripsit: *cfr Theophil. Alex., De observ. paschae, 3–5 (KRUSCH, Studien zur christlich-mittelalterlichen Chronologie, 1880 p. 223–226); Lib. pont., Vita Vict., 2 (MOMMSEN, MGH Gesta pont. Rom. 1 p. 19^a l. 1–7); Gennadius, De vir. Ill., 34 (RICHARDSON, Texte u. Untersuchungen z. Geschichte d. altchristl. Lit. 14, 1 p. 74 l. 12–16).*

quolibet medio spatio, perhibet facere initium *primi mensis*, XIII^{mas} vero a XII Kl. Aprilis usque in XVIII Kl. Maii sollerter inquiri, etiam si *die sabbatorum inciderit*, consequenti die dominico, id est *luna XV, pascha caelebrare* conscripsit, et si *die dominico luna XIII* eiusdem mensis, id est *primi mensis*, e venerit ipsa ebdomada transmissa ad alterum *diem dominicum, pascha sine dubio celebrare* conscripsit.

His et aliis quamplurimis exemplis patet plura esse quam XX Niceni concilii capitula et veram esse predictam Iulii papae epistolam. Nobis autem quidam e consortio fratrum nostrorum orientales testati sunt se vidisse concilium Nicenum habens potio¹²rem quattuor evangeliorum magnitudinem continens in se sessiones episcoporum et introductiones iudiciaque quaerimoniarum atque definitiones et constitutiones necnon et subscriptiones eorum. Ad cuius similitudinem magnum Calcidonense concilium conscriptum esse confirmaverunt, et demum alia Constantinopolim condita, unum videlicet sub Iustiniano imperatore contra dei impugnatores Origenem, Didimum et Evagrium, et aliud temporibus Agathonis papae et Constantini imperatoris contra Macharium episcopum et Stephanum eius discipulum ac reliquos episcopos, qui pro frumento *zizaniam* ecclesiis *seminaverunt*, vinum miscuerunt aquae et proximo potum dederunt eversione turbida et tamquam lupi agni simulabant mendacium, et veritas ut mendacium refutabatur.

Nosse etiam oportet, licet caetera non infirmentur, *quattuor esse principalia, ex quibus plenissimam fidei doctrinam tenent ecclesiae, tam de patris et filii et spiritus sancti divinitate, quam de praedicti filii et salvatoris nostri incarnatione. Prior harum Nicena synodus est trecentorum decem et octo episcoporum sub Constantino Augusto peracta, in quo Arrianae perfidiae blasphemia condemnata, quia inaequalitatem sanctae trinitatis Arrius asserebat, consubstantialem deo patri dei filium idem sancta synodus per symbolum definivit. Secunda synodus centum quinquaginta patrum sub Theodosio seniore Constantinopolim congregata, quae Macedonium sanctum spiritum deum esse negantem condemnans consubstantialem patri et filio eundem paraclitum demonstravit dans latius symboli formam, quam tota Grecia et Latinitas in ecclesiis praedicat. Tertia synodus est Ephesina prima ducentorum episcoporum sub iunior Theodosio Augusto edita, quae Nestorium duas personas in Christo asserentem iusto anathemate condemnavit ostendens manere in duabus naturis unam domini nostri Iesu Christi personam. Quarta est synodus Calcidonensis sexcentorum triginta sacerdotum sub Martiano principe habita, in qua Euticen, Constantinopolitanum abbatem, verbi dei et carnis unam naturam pronuntiantem et eius defensorem Dioscorum quondam Alexandrinum episcopum et ipsum rursus Nestorium cum reliquis hereticis una patrum sententia praedamnavit, praedicans eadem synodus Christum deum sic natum de virgine, ut in una substantia divinae et humanae confiteantur naturae. Haec sunt, ut praediximus, quattuor principales et venerabiles synodi fidem catholicam complectentes. Sed*

112 perhibet] prohibet V. 115–117 et ... conscripsit] added in margin V. 121 potio¹²rem] corr. from portio¹²rem (?) V. 130 simulabant] simulabant* V. 136 Arrianae] corr. from arriana V. 143 Ephesina] corr. from ephesiana V.

128–129 zizaniam ... seminaverunt: cfr Matth. 13, 25. 132–155 quattuor ... vigore: Hispana, Praef. (DÍEZ/RODRÍGUEZ, Monumenta Hispaniae Sara, Ser. can. 3 p. 43 l. 10–p. 45 l. 39; Vat. lat. 1341, fol. 5ra–b). Characteristic of Pseudo-Isidore's Hispana are 133 tenent ecclesiae; 138 dei.

et si qua sunt concilia, quae sancti patres spiritu dei pleni sanxerunt, post istorum quattuor auctoritatem omni manent stabilita vigore.

- 14 Primus quidem ordo, ut praedictum est, de celebrando concilio insertus habetur et postmodum canonum apostolorum ac primorum apostolicorum, id est a sancto Clemente usque ad sanctum Silvestrum decretorum atque diversorum conciliorum breviarium interpolatur sequens ordinem suum.